

N. 94.

A. D. 1141.

(novembre, Indiz. IV).

<i>Data di luogo</i>	Bari.
<i>Rogatorio</i>	Iohannes protonot.
<i>Descrizione</i>	Taglio irregolare, finisce in punta: alt. 0,58, largh. d. c. 0,27 1/2, d. p. 0,09.
<i>Scrittura</i>	Minuscola chiara.
<i>Contenuto</i>	<i>Leo de Raiza</i> , giudice di Bari, rende giustizia a <i>Guaragna</i> , f. <i>Kaloleonis</i> , di Bari, la quale s'era appellata alla sua curia contro <i>Maurus musceta ravellensis</i> , f. <i>Leonis</i> , abitante in Bari, a causa di un mulino e di una serva, che ingiustamente questi teneva pignorati.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno incarnationis domini nostri iesu christi millesimo centesimo quadragesimo primo, Regni autem felicissimi domini nostri Roggerii regis invictissimi Sicilie Italie decimo mense novembris. Quarta indictione. Ego Leo de raiza barensis curie regalis critis, cum sederem in eadem curia ad iudicandas et diffiniendas altercantium controversias coram nobis adductas, Tunc nostram ante presentiam venit Guaragna f. Kaloleonis et uxor Leonis de Pandilfo civitatis Bari, que per Stefanum nostra licentia eiusque deprecatione eius advocatum concessum proclamavit dicens, Domine kritis iudica michi de Mauro musceta ravellensi f. Leonis, commoratore eiusdem civitatis qui malo ordine pigneravit unum molinum meum et unam ancillam meam nomine Negizza, que de propria causa mea comparata fuerunt, iuxta brebium que exinde facta sunt continentiam, et que vestris manibus ad legendum pono, Que brebia legere fecimus, eorumque continentiam quemammodum ipsa dixerat invenimus. Hanc proclamationem ego qs. kritis audiens, misimus ad predictum Maurum ut in curiam veniret et affate proclamationi responderet. Qui in eandem curiam veniens et prescriptam compellationem et predictorum brebium continentiam audiens, respondit dicens, Domine kritis, vere ipsum molinum et ancillam pigneratam teneo, sed non malo ordine, immo bono, iuxta brebis mei continentiam debiti, quia predicti Leonis de Pandilfo mei debitoris sunt. Ad que prefata Guaragna si iamdictus Leo vir meus tibi est debitor nescio hoc veraciter est, quia iamdictum molinum et affata ancilla de propria causa mea fuerunt empta. His a me prememorato kriti altercationibus auditis iudicavi, Ut ipsa Guaragna iuraret ad dei evangelia cum duodecim secum suis parentibus et diceret quod prefatum molinum et predicta ancilla sua essent, et de propria causa sua ut in ipsis brebibus continetur empte fuissent. Et ubi hoc sacramentum faceret, ipse Maurus predictum molinum et prefatam ancillam ei redderet, et iam in antea numquam pigneraret. Quo iudicio utrique parti complacito, ante nostram aliorumque subscriptorum testium presentiam, ipse Stefanus guadium et seipsum mediatorem eidem Mauro dedit. Ut ipsa Guaragna adimpleret ex ipso sacramento omnia ut preiudicatum est. Et ipse Maurus guadium et seipsum mediatorem eidem Stefano dedit, ut audiret ipsum sacramentum et predictum molinum et iamdictam ancillam prenominate Guaragne redderet, et iam in antea nec ipse nec eius heredes ipsum molinum et eandem ancillam nullo modo pignerarent. Quod si taliter non fecerint et adimpleverint, et per causationem vel per legem

30 ipsam Guaragnam vel eius heredes exinde miserint per quodcumque ingenium obligavit se  
et suos heredes dare eis penam quinquaginta aureos solidos et totidem in publico, omnia  
eis inviti adimplentes que prescripta sunt. Per districtum ipsum Maurum obligatorem et  
mediatorem qui eidem Guaragne eiusque heredibus licentiam tribuit, pignerare se suosque  
35 nerint sine calumnia. donec omnia eis faciant et adimpleant que preleguntur. Post dies  
autem ipsa Guaragna unam cum predicto Stefano suo advocatore, et cum undecim suis pa-  
rentibus in eandem curiam ad predictum sacramentum deliberandum venit. et posito coram  
eis ab eodem Mauro libro evangeliorum, noluit ipse Maurus predictam Guaragnam nec ipsos  
eius parentes ad sacramentum mittere, sed per fustem illud eidem Stefano vice eorum re-  
40 cipienti donavit recipiens ab eis exinde mantellam cum serico launegilt. Unde pro causa  
memorie securitatis et defensionis ipsius Guaragne eiusque heredum hoc scriptum ei scri-  
bere feci, in quo meis propriis manibus unam cum his nobilibus subscriptis hominibus in  
hoc inventis subtestatus sum. Et quod per nostram iussionem Iohannes noster curialis pro-  
tonotarius qui interfuit scripsit.

45. † Regalis critis qs. Leo de Raiza.

† Vita Maioris f.

† Riso Iohannis Beneventi f.